Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

Sacerdos interroget eum vtrum sit solutus et vtrum per
manet peccato fornicationis vel adulterii vel simpli vel in-
cestus vel raptus vel sacrilegii vel pro contra naturam
et interroget eum si illa cum qua peccauit erat soluta vi-
dua coniugata vel virgo illustris vel consanguinea vel reli-
giosa et est persona intelligens Et si est persona simplex
interroget vtrum consensit modo naturali non tamen vtrum
sentendo ad particularia vt non interroget si consensit
eam ante vel retro et sic de aliis et interroget etiam de in
uero personam et si consensit vna vel plures nullo tamen
modo interroget de nouibus personam sed interroget etiam de
illo actum id est si semel vel bis vel ter vel plures de
tempore solus si tempore sacro vel non sacro et etiam de lo
co et etiam quali septimane peccauit et vtrum peccauerit
septimane vel huius precedentis vel huius precedentis ab ea et vtrum peccau
erit sponte vel coactus et qua condicione an condicionali
an absoluta et vtrum permanserit ex libidine vel ex pauper
tate et illud habet locum potissime in mulibus et ita de
aliis que ingrata ex experientia docebit eum Et quia
ista pessima radix luxurie ita extendit ramos suos
quod etiam corrupit leges iniquorum conductorum Sciendum
est quod pro luxurie potest homo peccare multis mo
dis etiam mortaliter cum vxore qui non contineat in
hiis verbis Cum quo modo peccat cum vxore maritus
abutendo tempore mente loco condicione non tempore Si coniugio
iuncta eam tempore menstruorum quia si faciat hoc faciat peccat
mortaliter et in lege veteri mandabat interfici Sed
quid de muliere menstruata nonne peccat sicut vir di
co quod si vir tempore menstruorum petat debitum sibi reddi
ab vxore ipsa debet quantum potest persuadere ne petat
dicendo se esse infirmam nec esse patam pro tuo
ad opus illud non tamen debet dicere se esse in passione
illa nisi constaret sibi de prudencia et discrecione
viri quia vir posset tantum abhominari concipere
contra eam quod dimitteret eam Et si constaret
sibi de discrecione et prudencia viri posset sibi reue-
lare et si ipse nollet desistere reddat sibi debitum